Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26055
Copyright: Admont, Benediktinerstift

sit speciosior erit adequabitur: quemadmodum diuina scriptura testatur: fulgebunt iusti sicut sol in conspectu dei. Ad hoc corporeum claritatis solis pluere: nescio aliquem posse ambigere.
Et a simile attestante apostolo erit. qui dicit: reformabit corpus humilitatis nostre. configuratum corpori claritatis suae. Ista fautrix auctoritas. cui contradicere sentire esse nefas. Hec tamen si quis uelit a ratione probari credo nulli debere incredibile uideri: iustos pulchritudine solis. in illa uita ubi mortale hoc absorbebitur a uita futuri. cui uere dicantur. Ecce templum Dei sedes dei: quod nusquam in diuina pagina de sole isto uisibili meminimus legi.
Velocitas quae pulchritudine non minus amatur: tanta nos commitabitur. ut ipsis angelis dicamus. quod a celo ad terras aeriis incedum diceo cici dilabuntur. Quae celeritas si uerum sit in angelis probari necesse est: exemplum gratia dici forsitan possit. hominem mortali adhuc carne grauatum. mox a iudea per angelum in chaldeam delatum. indeque. uadrio prandio quod ferebat sine mora relatum. Ergo cum istis omnino par uelocitas illis erit. quibus sicut promissa est illaque equalitas inerit. deinde etiam quod corpora nostra intercapedine quantacumque separata membratim fuerint siue dispersa. in ictu oculi assertit resurrectura: sanus innuit quia uelocitate eadem corpora corruptibilia sunt habitura. Corruptibile quippe hoc sicut ipse testatur incorruptionem: Ecce mortale induet immortalitatem.
Huius quoque uelocitatis exemplum in radio solis licet intueri: qui statim orto sole. in plaga orientali pungit inuitissima plagae occidentalis: ut in eo perpendam non esse impossibile. quod de nostra dicemus futura uelocitate: presertim cum res animatus soleat in esse maior uelocitas quam inanimatus. Huic radio solis simile uelocitatis exemplum habemus in nobis. Radius quippe oculorum nostrorum. in subleuatione palpebrarum celum usque pungit: Ecce in ictu eorum totus in semetipsum recurrit. amplius constat quidem animas sanctorum quae iam celestia tenent. nec dum plena felicitate frui: donec in corruptibilitate corporum suorum ponantur. Quam cum adepte fuerint: non erit quod amplius uelitum. Hec itaque corpora. si eas a sua uelocitate tardiores aut gra

n. Velocitas.